



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Vtrum præscientia Dei poßit falli. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

scil. de creaturis & de his quæ De<sup>2</sup> facit: quæ omni-  
nouit non solum scientia, sed etiā beneplacito  
dispositione. Sic ergo ibi accipitur Dei cognitio,  
non modo notitiam, sed etiam beneplacitū Dei  
gnificet. Mala vero scit Deus & præscit antequam  
fiat, sed sola notitia, nō beneplacito, præscit enim  
Deus, & prædictit etiā quæ non est ipse facturus, si-  
cūt præsciuit & prædixit infidelitatēm Iudeorum  
sed non fecit: nec ideo q̄a præsciuit, ad peccatum in-  
fidelitatis eos coegit, nec præscisset vel prædixisset  
eorum mala, nisi essent ea habituri. Vnde August.  
super Ioan. Deus, inquit, futurorum præscius, per  
Prophetam prædixit infidelitatēm Iudeorum, sed  
non fecit: neque præscisset mala eorum, nisi ea  
haberent. Non enim ideo quenquā ad peccatum  
cogit, quia futura hominū peccata prænouit: illo-  
rum .n. præsciuit peccata, nō sua. Ideoq; si ea qua  
ille præsciuit, ipsorum non sunt, non vera ille præ-  
sciuit: sed quia illius præscientia falli nō potest, si-  
ne dubio nō alius, sed ipsi peccant quos Deus pec-  
catores esse præsciuit: & ideo si nō malum sed bo-  
num facere voluissent, nō malū facturi præuide-  
rentur ab eo, qui nouit quid sit quisque facturus.  
His verbis aperte ostenditur, si diligenter atten-  
damus, præscientiam Dei non esse causam malo-  
rum quæ præscit: quia non ea præscit tanquam fa-  
cturus, nec tanquam sua, sed illorum qui sunt ea  
facturi vel habituri, præsciuit ergo illa sola noti-  
tia, sed non beneplacito authoritatis. Vnde datur  
intelligi, q̄ Deus econversò præscit bona tanquam fa-  
cturus, nec tanquam sua, sed illorum qui sunt ea  
facturi vel habituri, præsciuit ergo illa sola noti-  
tia, sed non beneplacito authoritatis. E

## Oppositiō.

Ad hoc autem quod supra dictum est, scil. præ-  
scientiam Dei falli nō posse, solet à quibusdam ita  
opponi, Deus præsciuit hunc lectorum vel aliquid  
huius-

huiusmodi: sed potest esse vt iste nō legat, ergo potest aliter esse quam De<sup>o</sup> præsciuit, ergo potest falsum est. Potest equidem non fieri aliquid, & illud tamen præscitum est fieri, non ideo tamen potest falli Dei præscientia: qā si illud non fieret, necā Deo præscitum esset fieri. Sed adhuc vrgēt quæstionē dicētes: Aut aliter potest fieri quā Deus præsciuit, aut non aliter. sed nō aliter: ergo necessario cuncta eveniunt, si vero aliter, potest ergo Dei præscientia falli vel mutari. Sed potest aliter fieri, qā potest aliter fieri quam fiat: ita autē sit vt præscitum est: aliter ergo potest fieri quā præscitum est. Ad q̄ dicim<sup>o</sup> illā locutionem multiplicem facere intelligentiam, scil. Aliter potest fieri quam Deus præsciuit, & huiusmodi: vt, Potest non esse q̄ Deus præsciuit: & Impossibile est non esse quod Deus præsciuit: &, Impossibile est non esse præscita omnia quæ sunt, & huiusmodi. Possunt enim hēc coniunctim intelligi, vt cōditio sit implicita, & disiunctim. Si enim ita intelligas: Non potest aliter fieri quā De<sup>o</sup> præsciuit, id est, nō potest vtrunq; simule esse, scil. quod De<sup>o</sup> ita præsciuerit fieri & aliter fiat, verum intelligis. Si autem per disunctionem intelligas, vt dicas hoc aliter non posse evenire quam evenit, & quomodo futurum De<sup>o</sup> præsciuit, falsum est. Hoc enim aliter potest evenire quam evenit, & tamen Deus hoc modo futurum præsciuit. Similiter & alia determinatio s. impossibile est illud non evenire quod Deus præsciuit, vel cum Deus præscierit, si coniunctim intelligas, verum dicas: si disiunctim, falsum. Ita etiam & illud: Impossibile est non esse præscitum omne quod fit, i. non potest esse vtrunq; s. vt fiat & non sit præscitum, hic sensus verus est. Si vero dicas Dēum non potuisse non præscire omne quod fit, falsum est. Potuit enim facere vt non fieret, & ita non esse præscitum.

VTRVM SCIENTIA DEI POSSIT AV-  
geri, vel minui, vel aliquo modo mutari; vtrunque  
enim videtur posse probari.

## DISTINCT. XXXIX.

**P**Ræterea quæri solet: Vtrum scientia Dei possit augeri vel minui, vtrunque enim videtur posse probari. Quod enim diuina sciētia possit augeri vel mutari, hoc modo probatur: q[uod]a potest Deus scire quod nunquam scit. Est enim aliquis qui non e[st] lecturus hodiè, & tamen potest esse, v[er]e legat hodie: potest enim hodie legere. Nihil autem potest fieri, quod non possit à Deo sciri. Potest ergo Deus scire hunc lecturum hodiè: potest ergo aliquid scire quod non scit: ergo potest eius sciētia augeri vel mutari. Eademq[ue]; videtur posse minui est enim aliquis hodie lecturus quem Deus scit lecturum. At potest esse, vt nō legat: ergo potest Deus non scire hunc lecturum: potest ergo non scire aliquid q[uod] scit: ergo potest minui eius sciētia vel mutari. Ad quod dicimus, quia Dei scientia omnino immutabilis est, nec augeri potest vel minui. Nā  
*Cap. 13. ver.  
sus finem.*

*Eodem libro  
6. 14. imprin.*

vt ait Aug. in 15. lib. de Trin. Scientia Dei est ipsa sapientia, & sapientia est ipsa essentia sive substantia Dei q[uod]a in illi<sup>9</sup> naturæ simplicitate mirabili, nō est aliud sapere, & aliud esse, sed quod est sapere, hoc est & esse. Ideoq[ue] nouit omnia verbum, q[uod] non ouit pater sed ei nosse de patre est. sicut esse: nosse enim & esse ibi vnum est. Et ideo patri sicut esse non est à filio, ita nec nosse. Proinde tanquam seipsum dicens pater genuit verbum sibi coequaliter per omnia. Non enim seipsum integrè perfecte codicisset, si aliquid min<sup>9</sup> aut amplius esset in eius verbo, quam in se ipso. Hoc est ergo omnino verbum q[uod] pater, nam est pater: q[uod]a iste fili<sup>9</sup>, ille pater. Sciunter ergo inuicem pater & fili<sup>9</sup>, sed ille gignendo, iste nascedo.

Ei

